Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

cum ambularent Statura quoque erat in rotis et alti
tudo horribilis aspectus et totum corpus plenum oculis
in circuitu ipsarum quatuor Hec dicit Cumque ambu
larent animalia ambulabant pariter et rote iuxta ea et cum
eleuarentur animalia de terra eleuabantur simul et rote.
Quocumque ibat spiritus illuc eunte spiritu et rote pariter leua
bantur sequentes eum Spiritus enim uite erat in rotis Cum
euntibus ibant et cum stantibus stabant et cum eleuatis a terra
pariter eleuabantur et rote sequentes ea quia spiritus uite
erat in rotis Et similitudo super caput animalium fir
mamenti quasi aspectus cristalli horribilis et extenti
super capita eorum desuper Sub firmamento autem penne
eorum recte alterius ad alterum unumquodque duabus alis
velabat corpus suum et alterum similiter velabatur Et au
diebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum
quasi sonum sublimis dei Cumque ambularent quasi
sonus erat multitudinis et sonus castrorum Cumque starent
dimittebantur penne eorum Nam cum fieret vox super
firmamentum quod erat super caput eorum stabant et sub
mittebant alas suas Hec dicit Et super firmamen
tum quod erat imminens capiti eorum quasi aspectus la
pidis saphiri similitudo throni et super similitudinem throni
similitudo quasi aspectus hominis desuper Hec dicit Et
uidi quasi speciem electri velut aspectum ignis intrin
secus eius per circuitum a lumbis eius et desuper et
a lumbis eius usque deorsum vidi quasi speciem ignis
ardentis in circuitu velut aspectum arcus cum fuerit in
nube in die pluuie Hec dicit Hic erat aspectus
splendoris per gyrum Hec visio similitudinis glorie domini
Et uidi et cecidi in faciem meam et audiui vocem loquentis
ad me et dixit fili hominis sta super pedes tuos et loquar
tecum Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est
mihi et statuit me supra pedes meos et audiui loquen
tem ad me et dicentem Fili hominis mitto ego te ad
filios israhel ad gentes apostatrices que recesserunt a
me patres eorum preuaricati sunt pactum meum usque ad diem
hanc Et filii dura ceruice et indomabili corde sunt
ad quos ego mitto te Et dices ad eos Hec dicit
dominus deus Si forte uel ipsi audiant et si forte quie
scant quoniam domus exasperans est et scient quia propheta